UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

2. De Memoria vulnerum Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

vulnerum frueretur, ſubſtitueretque (ut ita
loquar) originali Crucis imaginem, quam vul
primebant: *Baptiſmo habeo baptizari*, dicebat
Luc. 14. cùm de morte ſuâ loqueretur, *& quomodo coar*
dum perficiatur illud. Suſcipere debeo baptiſm
Paſſionis, & ſentio pœnam dilationis.

S. Gertrud. Bloſ. Mon. Spirit. 3. Sanctam Gertrudem docuit Dominus, qu
ni faciendum ſit, cùm imaginem Crucifixi
Imaginabitur, inquiebat, ſe has à Crucifixo v
pere: *En vides, quomodo pro te ſum vulneratus*
Si ſaluti tuæ expediret, vellem pro te ſolo toler
quæ toleraui pro toto Mundo. Tantus eſt amo
S. Brigitt. proſequor, tantùm tuæ in me ſalutis deſiderium
ctæ Brigittæ hæc dixit: *Si fieri poſſet, vt toti*
quot ſunt animæ in Inferno: ego promptiſſimâ
perfectiſſimâ charitate corpus meum traderem
paſſionem & mortem pro qualibet anima ſuſtinere
ſuſtinui pro omnibus. Idem ſuum deſiderium
Apud Bloſ. l. c. Chriſtus Dominus S. Carpo vindictam de
quodam poſtulanti. Cui apparens cum vulner
dixit: *Paratus ſum, Carpe, iterùm pro ſalute*
nibus pati; ac ſi dixiſſet: Tu Carpe, mortem
ri illi optas & poſtulas: ſcito tamen, me tàm
quàm pro quocunque hominum paratum eſſe
pati & mori.

Consideratio II.

De Memoria Vulnerum Chriſti.

1. NEceſſe eſt frequens memoria vulnerum
quia abſque memoria non poteſt ſubſequ
tio, & hac deficiente non fit applicatio ment
Gratiam.

Thren. 3. Ad hanc memoriam ipſe nos Chriſtus inuitat
dare paupertatis & transgreſſionis, id eſt, exceſſ
& doloris, quem ſentio in meis vulneribus.
anima fidelis: *Memoria memor ero, & tabeſcet*
ma mea. Quaſi diceret: ab attenta & crebra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vulnerum mortificabitur in me, & quaſi extinguetur omnis affectus terrenæ concupiſcentiæ: deficiet affectus auaritiæ ad aſpectum paupertatis & nuditatis Chriſti, deficiet etiam ſpiritus ſuperbiæ ex conſideratione ignominiæ Chriſti crucifixi & vulnerati.

2. Praxis huius memoriæ ſic à Diuo Bernardo deſcribitur & docetur: *Depinge tibi quaſi ante oculos Dominum in Cruce pendentem; & nunc pro clauis, nunc pro lancea ſuſpirabis, & gratias ages:* nunc per manuum, nunc per pedum vulnera veniam quæres & poſtulabis. Talis erat vita Stephani Abbatis dicentis: Die nocteq; nihil aliud aſpicio niſi Dominum meum Ieſum Chriſtum in Cruce pendentem. S. Bern. Thom. 1. fol. 301.

3. Gaudent in cœlis Sancti viſione beatâ ſacrorum vulnerum Chriſti. *Sancti in cœlo ſemper vulnera Chriſti cernunt, per quæ in laudum prolationis inſurgunt.* Semper ea contemplantur, benedicunt & laudant, ac recepti illis vulneribus, conſeruatis plagis continuas referunt gratias. *Et cantant canticum nouum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus. & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Abul. Parad. q. 93. 6. Apoc. 5.

Animæ deuotæ in terris, æternarum mentiũ æmulæ, præſentia quoque, & nunquàm à memoria abſentia habebunt fidisſima tutamina, ſacra Chriſti vulnera: nec nõ canticis, benedictionibus, laudibus, gratiarum actione ſummâque reuerentiâ & honore eorundem celebrabunt memoriam.

Vt Dominus deuotam quandam animam ad tàm ſanctam excitaret memoriam, hæc ei dixit verba: *Quotiès recordaris, totiès iaculo Amoris mei ſalubriter vulneraris.* Recordare meorum vulnerum, & ab iisdem vulneribus anima tua recipiet ſalutifera Amoris mei vulnera. S. Mechtild Reuelat. lib. 1. c. 29.